

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2055

Auteur(s) : Christophe de Foleville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Gilbert du Planchey [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité :

Datation : 1223, mars

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Christophe de Foleville, du consentement de Mathilde, sa femme, vend à Gilbert du Planchey, quinze sols six deniers, trois chapons et une geline de rente annuelle sur plusieurs mesures à Louviers, moyennant cent dix sols tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CXLIV, p. 183-184.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego, Xpistoforus de Folevilla, cum assensu et voluntate Matillis, uxoris mee, vendidi et concessi et feodavi et hac presenti carta confirmavi Gilleberto de Planche, quindecim solidos et sex denarios et tres capones et unam gallinam redditus, quem redditum habebam apud Loviers, videlicet super quamdam masuram sitam inter domum Radulfi Carpentarii, ex una parte, et domum Nicholay de Bures, ex altera, quam Xpistoforus de me tenebat ; decem solidos et unum caponem super quamdam aliam masuram sitam in vico Sancti Taurini, inter masuram Johannis Bone Teste, ex una parte, et masuram Roberti Oyn, ex altera, quam Matillis, uxor Radulfi le Vignie, de me tenebat, quinque solidos et six denarios et duos capones et unam gallinam. Tenendos et habendos eidem Gilleberto et heredibus suis de me et heredibus meis, libere, quiete et pacifice et jure hereditario possidendos, reddendo mihi et heredibus meis singulis annis de redditu statuto duos solidos monete currentis in Normannia, in festo sancti Remigii, et unum caponem ad Natale et unum par cerotheiarum ad Pasca.

Licet autem predicto Gilleberto et heredibus suis de jamdictis quindecim solidis et sex denariis et tribus caponibus et gallinis redditus, omnem voluntatem suam facere, salvo redditu jam nominato. Et ego et heredes mei sibi et heredibus suis per predictum redditum contra omnes gentes debemus garantizare.

Hanc autem conventionem ego Xpistoforus et Matillis, uxor mea, eidem Gilleberto et ejus heredibus pro nobis et heredibus nostris fiduciavimus tenendam et firmiter observandam ; et pro concessione hujus hereditatis dedit mihi jamdictus Gillebertus centum et decem solidos turonensium de recognitione.

Et ut hoc ratum et stabile permaneat, eidem donavi hanc presentem cartam sigilli mei munimine roboratam in testimonium veritatis.

Actum est hoc publice, anno gracie M° CC° XXIIJ°, mense martii.

Hujus rei testes sunt : dominus Lucas, clericus, tunc custos ville et foreste de Loviers ; Willelmus Berselou ; Xpistoforus Dare ; Radulfus Carpentarius ; Nicholaus de Bures ; Robertus Oyn ; Rogerus Masque Avaine ; Osbertus Anglicus ; Radulfus le Cauchois ; Alanus famulus et plures alii.